

te; et utriusque manus vulneribus, tanquam annulis ad reminiscendum stimulantibus utilis, ne unquam e memoria excidant. In eo etiam Christi amor amore gallinae superat, quod illa, ut filios tutelet, nequam vita privari patitur; immo si contra eam virgam extendas, aufugit, et filios praedae expositos derelinquit, propriae potius, quam filiorum incolumitali prospiciens: Christus autem divinae iustitiae flagella, quibus nos vulgare merebamur, in se ipso portavit, cumque natura impellat, membris potius caput protegere, quam e contra; dilectio Christi adeo naturam superavit, ut cum ipse triumphantis, militantisque Ecclesiae caput existeret, divinae iracundiae facula sustinens velut clypeum, seipsum illis exposuerit, ut nos, qui sui mystici corporis membra sumus, incolumnes servaret, atque defenderet. Cum igitur, nec inter libera, neque naturalia agentia apta reperitur mensura ad illud sic attingendum, oportet, ut sic, quasi intactam relinquamus, fateamurque nos ad divini amoris magnitudinem exquirendam impares omnino esse, ac prorsus insufficientes, solumque Deum Optimum Maximum illam comprehendere; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XII.

*De divinae misericordiae magnitudine, quae licet in altis Dei operibus valde splendat, maxime tamen in Verbi divini Incarnatione effulget.*

Frequenter adeo mortales Dei misericordiam in sublevandis eorum miseris experti sunt, ut ad miserendum magnam ei inesse propensionem, unanimi consensu fateantur. Verum quia divinae fidei certitudo id nobis firmius persuadet, quam experientia ipsa, libet varia sacrarum voluminum testimonia ad rem hanc comprobendam in medium producere. Aequam tamen manum operi admoveam, fateor me dubio, ac accipit animo fluctuare: nam sicut venator, cum plurimos conspicit lepores, pari loci intervallo distantes, quemnam feriat, perplexitate laborat; sic sane, cum tot, ac tam variis figuris, tamque pulchris similitudinibus divina secatat Scriptura ad infinitum Dei misericordiam elucidandam; quasnam earum seligam, prorsus me laet. Ceterum cum sacrarum litterarum testimonia nequam se habeant velut fugaces lepores, quorum dum unum insectamur, effugit alius; licet, Deo auspice, eorum praecipua, et utiliora, magisque necessaria in medium proferre: in quo, si plus solito moratus fuerim, homi quaeso consulat lector: nam cum misericordia Dei magna sit, non nisi magnum oportebat de ea habere sermonem.

Ut ergo ab eius tropis, et figuris exordiamur, admirabile extat divinae misericordiae indicium, propitiatorum, quod fieri mandavit

Deus cherubinis superimpositis, volatrices alas expandentibus; ut ostenderet se ad misericordiam praestandam velocissimis cherubinis velociorem esse. Consonat huic metaphorae illa alia Malachiae, qui ut hanc celeritatem exprimeret: *Et sanitas, ait (c. 4), in penis eius. Illam expertus est David: nam cum vix ore protulisset, peccavi, subito audivit, Dominus quoque transiit peccatum tuum. Et in parabola filii prodigi d. Lucas scribit patrem, ut vidit filium, illico in illius amplexus protubuisse, nullaque interposita mora praecipisse primam illi stolam proferri. Haec faciunt verba d. August. (lib. de spir. et anim.): Tardius videtur Deo peccatori veniam dare, quam ipsi peccatori accipere. Ezechiel alia quadam dicendi ratione divinam misericordiam demonstravit. Quatuor depinxit animalia alis plena, curram trahentia, rotis adeo inusitatis, et inauditis, ut in cuiusque rotae medio rota alia contineretur. Porro quaelibet rotarum animata erat, dicens Ezechiele: *Et spiritus vitae erat in rotis. Admirabilis haec est divinae velocitatis in miserando periphrasis: curru enim vehitur ab alatis animalibus ducto, rotaeque non insensibiles, sed vitales potius eis inerat spiritus; unde fit, quod si aliquam forte earum in itinere confringi contigerit, nequaquam currus velocitas retardabitur, quia alia interior defectum continuo supplebit. Non inelegans est etiam divinae misericordiae symbolum, quod refert d. Ioannes, cum se vidisse testatur Christum gladium ore tenentem, quo aperte ostendisse arbitror, nequaquam iram Dei ultra dentes ad interiora eius praecordia progredi potuisse. Et quamvis verum sit, evaginatum tunc apparuisse gladium, minime tamen ipse evaginaverat, sed peccatores, ut ait David (Psal. 36): *Gladium evaginarunt peccatores, intemerunt arcum suum. Idem Ioannes aliud sibi ostensum testatur divinae miserationis argumentum. Deum se vidisse ait sedentem, ut glossa explicat, viridi pacis arcu circumdatum: Iris erat, inquit Ioannes (Apo. 1), in circuito sedis similis visioni smaragdinae. Primum, quod in hac visione adnoto, illud est, Deum licet immensum, et incomprehensibilem, ita ut nullis possit terminis contineri, misericordia per viridem arcum significata undique circumdati, et circumcingi: *Iris in circuito eius. Hoc facit illud David, qui de divina iustitia loquens, undequaque illum misericordia vallavit: Misericors, inquit, (Ps. 114): Dominus, et iustus, et Deus noster miseretur: quibus non obscure innuit, unquam Dei exerceri iustitiam, quae undique misericordia circumdata non prodeat. Nam sicut severo nimis iudici assessores tribui consuetum est, qui rigorem eius mitigent; ita David iustitiae nomen intra duas assistitices misericordiam et benignitatem collocavit. Misericors Dominus, et iustus, et Deus noster miseretur. Videtur in hoc regis Propheta naturam ipsam imitatus: sicut enim Martii, quia inimici plenta erat, duo astra benigna sidera, Iovem, et Venerem, apposuit, ut sui influxus suavitate Martis inlempentem temperarent; sic David duabus misericordiarum iustitiam clausit, quae eius lenitas aperitatem. Compertum est, divina attributa u-****

nus esse mensurae, hoc est infinita, et absque mensura; at tamen hic Propheta suo dicendi more, magis videtur misericordiam extulisse: dicere enim, *Misericors Dominus, et iustus, et Deus noster miseretur*, tantum fuit ac si diceret: Iustus quidem Dominus, verum duplo misericors, quatenus duplo plura, ac maiora suae misericordiae quam iustitiae indicia exhibuit. Secundum, quod in eiusdem loci explicationem adnotandum occurrit, illud sane est, maxime differre iridem a b. Ioanne descriptam ab eo arcu; qui frequenter a nobis in caelo conspicitur; ille enim Deum versus respiciens emittit, variisque distinctis coloribus, dicente Poeta:

Multicolor picto per nubila devolat arcu:

hic autem unius tantum coloris erat similis visioni smaragdinae, et versus nos respiciebat, et ad nos tela sua dirigebat. Illo igitur arcu nos pro scopo Deum ipsam statuentes, facula nostrarum petitionum in eum mittimus, quae cum fide, spe, et charitate nituntur, tribus illis coloribus, caeruleo, viridi, purpureoque significantur. Ideo arcus ille et multicolor est, et versus Deum ignitae orationis iacula mittit. Hoc arcu feriebant olim Iacob divini cordis intima: nam ubi nostra vulgata editio legit: *Do tibi partem unam, quam tuli in arcu meo, et deprecatione mea. Ceterum arcus, quem Ioannes vidit, praeterquam versus nos respiciebat, unius viridis coloris erat, qui miserationis nobis remissionisque spem indicat. Licet autem Deus iustitiae iaculis feriat, haec eadem miseratione plena imittit: nam semper, ut docent theologi, Deus ultra condignam puniit; unde Dei misericordiam adeo ipsa iustitia inbibitiam agnovit Regius vates, ut diceret: *Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis. Hinc Dominus cum de evertenda Iericho agetur, praecipit Iosue, ut per septem dies illam circumret tubis concurrebantibus, nec passus est eam repente, et in momento everti, ut conversionis tempus praebere, tubarumque sonitu dura hominum corda ad poenitentiam provocaret. Animadversione etiam dignum iudico, quod cum facilis sit civitates evertere; quam erigere; Deus nihilo secius sex tantum dies in admirabili totius orbis civitate construenda consumpsit, in evertenda autem urbe Iericho septem integros expendit, ut intelligamus, eius voluntatem magis ad nostros profectus quam damna propensam. Hoc Gentiles etiam agnovērunt: Assyrii enim referente Plutarcho Deos compediibus victos depingebant, ut temporis moras, quas in puniendo interponebant, et quam lento gressu ad puniendum iucebant, ostenderent. Qua etiam ratione inquit Verderus, antiquos Deos pedibus lanceis depinxisse, unde apud Paulum Manutium adagium: *Dii pedes habent lanceos. Refert etiam Plutarcho, Lacedaemonios supremum Deorum Malachiam, id est, placidum et mitem nuncupasse; Athenienses, praecipuum suorum Deorum, Memacton, id est, promptum ad miserendum vocabant. Narrat de illis historici, quod cum in Aetopago decrevisset, ut civi-***

tatis dominium alieni Deorum, qui cum prolegeret, concederetur, Neptuno, et Minerva contententibus, quis cui praeponebatur, ut illo potiretur domino; Athenienses iudicasse id dominium concedendum, qui magis aliud prodigium pararet. Neptunus statim tridentis suo aquas percussit, duos equos infantes ab aquis repente prodire fecit. Inauditum sane prodigium, quo omnes obstupuerunt. At Minerva virga leviter humum tangens, statim ramus virentis olivae germavit. Et quamvis hoc non tanta admiratione dignum censeret vulgus, re tamen hoc opere significata a sapientibus maturius pensata, et attentius considerata, praeslantius illis visum est: equi enim bella, et seditiones portendunt, oliva pacem praesert, et quietem; unde Minervae praecuram illius civitatis dominum adjudicatum fuit. Pausanias etiam refert, ibi aram fuisse praesantissimam misericordiae sacram, et hanc ceteris frequentius, et maiori religione ab omnibus cultam: quae omnia haec obscure indicant, misericordiae attributum adeo apud omnes nationes splenduisse, ut illud etiam Gentiles in caliginosis errorum tenebris degentes, palam agnoscerent. Unde ad hoc significandum existimal Seneca inventam fuisse a poetis fabulam, qua fingebant Iovem, universum deorum senatum consilere solitum, cum de plecentis hominibus agetur; cum autem de eis miserando, neminem nisi se solum adhibere. Fabula haec praeterquam principis admonet, ne in poenis indiligens praecipites se ferant, sed multo adhibito consilio delinquentes puniant. Dei etiam in multando lenitatem, et ad miserandum praedivitem aperte ostendit. Quod, ut clarius pateat, advertite quaeso fratres, quod si fabulosi illi auctores Iovem ad mittendum in terram fulminis sua, prius aliorum deorum consilium postulasse commentabantur; vix tamen Deos noster, lametsi summa sapientia sit, nullus quoque consilio indiget, dicente Isata (c. 40): *Quis consiliarius eius fuit? noluit Sodomam evertere, nisi prius Abraham consuleret, licet alioquin iam excecandae cul-pae iustissima esset ultio: idque valde mirabile est, quantum Dei fuerit studium, ut supplicium hoc magis ac magis differret. Adit Deum Abrahamae domum, ceterum ibi immoratur, rei quam cogitabat, ceterum illum reddidit, non secus, ac si consiliarium illum adhibere vellet: mille tentabat vias, ut miserandam viam alique aperiret. Quod si reipsa miserum non fuit, id non Dei voluntate, sed sua ipsorum iniquitate accidit: tanta enim iustorum penuria erat, ut inter omnes nec decem inveniri poterint, qui si fuissent, minime Deus urbes evertisset, ut ipsemet Abrahamo sponderat: *Non delebo propter decem.**

Verum si relicti figurati sermone, ad sacrae Scripturae testimonia, variosque divinarum eloquiorum dicendi modos, quibus ad explicandam excimiam Dei nostri ad miserendum propensionem utuntur, mentis aciem convertamus, pretiosissimam detegemus venam, qua noster sermo non parum locupletabitur: *Ego sum, inquit Deus (Exod. 20), Deus zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam, et*



quarum generationem, et faciens misericordiam in milia. Certe quanto quaternarius numerus a millenario excedit, tanto peccandi usus in Deo ab eius miserendi consuetudine superatur. David, ut excessum hunc ostenderet, coelum misericordiae, montes vero iustitiae thronum constituit (Psal. 35): *Domine in caelo misericordia tua: iustitia tua sicut montes Dei*: quod perinde falli, ac si diceret: Quo altius est coelum montibus, eo iustitia misericordia maior est. Unde Theodoretus (in Psalm. 202) ait, Prophetam usum fuisse illa comparatione, non quia iustitia a misericordia in suis effectibus amplius non excedatur, quam altitudo montium a coelo; sed quia duo magis distantiam quam coelum a terra non inveniunt: Si remotiora, inquit, spatia reperisset, omnino illa in medium adduxisset. Posset etiam dici iuxta traditionem marginis, legentis: *Domine usque ad coelum misericordia tua*, ac si dixisset, iustitiae exercitum terrae limites non transcendit, minima est eius iurisdiclio; a misericordia vis longe excedit: nulla est vel remotissima mundi plaga, ad quam non perveniat, immo coelos ipsos perlingit. Vel dicamus aliter: *Misericordia tua usque ad coelos*, id est, nunquam tua benignitas misereri desinet, donec ad coelum non evehat. Atque haec expositio explicat mirum in modum divinae misericordiae vim, cum tot ac tam ingentia superet discrimina, quae coeli nobis ascensum praepediunt: iter enim arduum est, dicens Domino (Matth. 7): *Arcta est via, quae ducit ad vitam*. Tanquam est haec arctitudo, ut merito Christus Dominus dixerit (Matth. 19): *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam dicitur intrare in regnum caelorum*. Vitam deinde innumeris laqueis irretitum ducimus, ut ait Ecclesiasticus (cap. 6): *In medio laqueorum ambulat*: et ubi vulgata editio habet, *Humiliari nos in loco afflictionis*, sanctus Ambrosius (in Psal. 44) transfert, *In loco sirenium*. Mundus hic sirenium locus est, quae captiosis vocibus a recto abducunt calle; nostrorumque hostium numerus atomorum multitudinem excedit, et fortes adeo sunt, ut dixerit Iob, nullis posse illorum robur terrenis viribus comparari (Iob 41): *Non est super terram potestas, quae comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret*. Verum si malimus vulgatam sequi editionem, legentem: *Domine in caelo misericordia tua*, dicamus divinam misericordiam coelos, iustitiam montes incolere, ut ostendatur, iram ac vindictam valde a Deo distare; misericordiam vero domesticam esse, securumque habitare, et prae manibus, ut eam impertiat, habere (Isa. 43): *Ego sum, qui deo iniquitates tuas propter me, dixit Dominus*. Ecce miserendi motum intra se reperisse testatur; puniendi vero non nisi extra se, ut non obscure indicant verba illa: *Fecit flagellum de funiculis*, quibus scilicet vendentes mercem suas ligabant. Id fecisse autem interpretes, ut intelligamus dum peccamus, nos in manus Dei flagellum tradere, quo acriter vapulemus. Salomon quidem peccata suae muncupavit: *Impius*, inquit (Proverb. 3), *funibus peccatorum suorum constringitur*. Si fueris a peccatis immunis, non habebit proculdubio

Deus funiculos, quibus flagellum conficiat. Venera plaga, sen morbus Gallicus, quo intonestus laborat, unde ortum habet, nisi a propria turpitudine? Paupertas, qua chartarum lusor torquetur, unde originem duxit, nisi ex nimia ludendi libidine? Importunus capitis dolor, oris graveolentia, dentium pituro, unde foeminas accidit, nisi ex variis liquoribus, et pigmentis, quibus crines, genasque assidue fucare consueverit? Hoc considerans Salvianus (lib. 4. de provid.): *Exacerbatus*, inquit, *Deum impietatis nostris, et ad puniendum trahimus invitum*. Ostendit hoc perdifficilis ille Psalmi locus, ubi rationem assignans David, cur laudes Deo decantaret, inquit (Psal. 39): *Quoniam ira in indignatione eius, et vita in voluntate eius*. S. Basilus inquit perobscura esse haec verba; idem enim ira, ac indignatio esse videntur: quomodo ergo dicit: *ira in indignatione eius*? Verum nequaquam illa duo in idem recidunt: ut enim ex Basilio colligitur, indignatio idem est, ac iustam puniendi decretum; at ira in sacro eloquio, cum de Deo sermo est, poenam executioni mandatam denotat. Iussit Deus Sedeciae oculos effodi, Ochozias e sublimi delapsu crura confringi, Oziam regem, quia Pontificio munere fungi attentaverat, lepra multari, Nabuchodonosor ob suam insolentiam, et elationem, ferarum more incedere, Pharaonem, quia equitatum propter obstinatum cordis duritiam in profundum maris demergi; horum et similibus suppliciorum divinam decretum, et eiusdem sententiae prolationem, indignationem vocat sacra Scriptura; vindictae vero executionem iram vocat. Quoties igitur, inquit Propheta, irascitur Deus, gladiumque evaginat, bello, fame, et peste opprimens, considerabile fratres, id iustitiae lege compulsam agere, quia peccatorum merita id postulant, quae ad indignationem illum excitant, et istud est *Ira in indignatione eius*. Porro *vita in voluntate iustae*, quia vitam primae gratiae, quae divinae naturae consortes efficimur, sponte gratisque elargitur, et ad illam nobis impediendam nostra merita minime exspectat, dicente Paulo (ad Rom. 11): *Si gratia ex meritis, iam non est gratia*; ut autem puniat, semper nostra crimina illum premunt, et ad vindictam provocant, et quodammodo compellunt. Possumus etiam non incongrue illa eadem verba in hunc modum exponere. Ira furor est cito praeteriens, et ideo Philosophus sic illum definiit: *Ira est brevis insania*. Verum indignatio passio est longo tempore durans. Asserere igitur iram Dei in indignatione esse, perinde est, ac dicere Deum, quamvis irasci videatur, indignatum tamen nequaquam esse, sed tantum iratum: est enim ira eius brevis, adeo ut cum primum irascitur, irasci desinat; ad eum certe modum, quo viro miti et mansueti accidit, cuius ira citissime pertransit, quippe cum sanguinis fervor, qui illum incudebat, tantisper tepuerit, statim ad placidam, ac benevolam temperiem redit. Porro *vita in voluntate eius*, vitam non pertranseantem elargitur, sed quantum ex se est, voluntatis suae immutabilitate immutabiliter et in aeternum illam praestat. Quod si anima illam perpetuo non conservat, non Dei culpa,

sed suae peccator aserbit; neminem enim ipse deserit, nisi prius deserat ab illo. Favet huic expositioni originale Hebraicum, dum legit: *Ad momentum est ira eius*. D. Hieronymus transfert, *momentum est in ira eius*, nam in momento, quo anima ad Deum convertitur, ipse absque ulla morula statim placatur, et offensam condonat. Paraphrastes Chaldaeus sic vertit: *Una hora in indignatione eius: vita aeterna voluntas eius*. Per horam tantum irascitur Deus; at misericordiam in aeternum, et ultra producere optat. Tandem, ut loci huius expositionem concludamus, cum per breve temporis spatium irascatur Deus, subitoque iram depont, ac reconcilietur, subdit sequenti versiculo David (Psal. 24): *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia*. Tam facile placatur Deus, ut si vespere iratus te contrislet, ac moerore afficiat, mane placatus summa te alacritate perfundat. Utrumque fatetur Isaias, dum ait (c. 54): *Praedicate annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro*. Ecce ira vult esse unius diei velut ephimeram febrem; gratiam vero remissionis per integrum annum. Sed haec nihil sunt, si cum sequentibus verbis conferantur: *Et in momento indignationis abscondi faciem meam, et in misericordia semperniternam miserum sum tui*. Ecce indignationis momentum solum assignat; misericordiae vero integram aeternitatem aserbit; quibus aperte indicat, quantum duratione aeternitas temporis momentum excedit, tantumdem divinae misericordiae iudicia effectus iustitiae superare.

Exaltat etiam non parum propensionem hanc Dei ad miserendum, quod ne ferrum quidem ad puniendum in domo eius repertum fuerit, sed conducere gladium illum oportuerit, Isaias dicente (cap. 7): *In illa die radet Dominus in novacula conducta*. Id ipsum ostendunt nobis Deuteronomii (cap. 32) verba: *Si acuro ut fulgur gladium meum etc.* Palet hinc obtusum, non peracutum, sed bebetem potius existere divinae iustitiae gladium. Verum illud hoc loco maiori animadversione dignum est, quod si Deus ut fulgur gladium acuit; non tamen, ut ipso feriat, sed ut peccatores splendoribus eius percussos a peccatis avertat, ut disertis verbis praedixerat Ezechiel (cap. 21): *Gladius excavatus est, et limatus ut splendet*.

Libet iam duos alios figuratos loquendi modos, quibus frequenter sacrae litterae utuntur ad divinam misericordiam ostendendam, apte satis accommodare. Primus est, quod cum de misericordia sacra agunt eloquia, fundendi utuntur verbo; cum vero de iustitia, stillandi vocem usurpent: *Effundam*, inquit Isaias (c. 66), *super eos aquam mundam, et mundamini*: quia tamen parum videbatur Deo misericordiam effundere instar copiosissimae pluviae, aut undantis rivis; ideo subdit: *Declinabo super eam, quasi fluxum pacis*. At cum de ira sermo est: *Stillabit*, inquit (cap. 66), *furor meus super locum istum*. Et Ezechiel dictum novimus a Domino (cap. 20): *Fili hominis, pone faciem tuam contra rivum Austris, stilla ad Africum*. Misericordiam abunde et absque mensura elargitur; ad iustitiam, et iram unciam effundit: id enim stillandi verbum significat, et mirum

in modum Dei miram in puniendo nobis manifestat: nam sicat guttae, quae ex stillatorio vase, prius alteratis floribus, ac vaporibus in altum consendentibus, decidunt pendentem, et guttatum effluent; ita divina iustitia tam lento in puniendo gradu incidit, ut temporibus Noe ducentos et viginti annos iram cohibebit suam. Et cum eam manifestare oportuit, quasi guttatum illam stillaverit. Ad hoc respexisse videtur Iob, cum dixit (c. 16): *Qui ligat aquas in nubibus*: si enim totas simul effunderet, absumeretur mundus. Nubes divinae misericordiae symbolum est: sicut enim in aestu solis ardorem temperat; ita misericordia iustitiam. Aquas aerumae vindictaeque designantur, asserente David (Psal. 66): *Intraerunt aquae usque ad animam meam*. Aquas igitur nubibus colligare, est irae ac furoris turbines misericordiae alveo continere, ne effluant, ac sua inundatione omnem carnem perdant. Congruit huic argumento visum beati Ioannis, cum septem phialas plenas irae Dei datas fatisse angelis prospexit. Bene poterat Deus alia vasa irae complere; sed apte ad misericordiam ostendendam phialas dixit, quia cum ex phialis liquor effunditur, ebulliente illo rumor auditur, et non totus simul liquor effunditur, sed pendentem, immo et guttatum, si valde angustium sit officium. Quod si in vulgari loquendi more, quo guttae lacrymae dicuntur, vim facere velimus, compertimus Deum ita misericordiam esse, ut cum punit, flere videatur, ut acute adnotavit Origenes, et aperte ostendunt verba Moysi de Deo dicens (Numer. 13): *Tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo*, inquit (Genes. 6), *hominem, quem creavi, a facie terrae*; quasi dicat, dolore angitur, cum peccandus est homo, atque ideo non absque mysterio poenam, quae homini irrogatur, arcum vocavit Propheta (Ps. 7): *Arcum suum tendit, et paravit illum*: qui enim arcus ferit, antequam iaculetur, ad pectus manum contrahens conpercutit suum; ita Moyses inquit, cum punit Deas, quasi in corde percutiat: *Tactus dolore cordis intrinsecus*. Huc faciunt Isaias verba: *Heu consolabor super hostibus meis*; quasi dicat; heu mihi, quia consolatio, quam de hostium vindicta sumam, in cordis dolore posita est. Inusitata equidem verborum connexio, *Heu, et consolabor*. Neque enim invenire est hominem, qui consolatio non sit dulcis; ad divina misericordia tanta est, ut hostium ultio, quae hominibus grata ac dulcis esse consuevit, ipsi amara et insipida existat; atque ideo suspirans conqueritur: *Heu consolabor de inimicis meis*. Unde etiam divus Augustinus (lib. de Spir. et Anim.): *Quasi plus, inquit, crucial eum passio miseris, quam miserum ipsum passio sui*. Huc refert Origenes Dei verba, cum dicit: *Poenitet me fecisse hominem*; Nonne, ait, *ignis est illa vox: Poenitet me? Ut melius tamen hoc intelligatur, supponendum est, misereri ita proprium Dei esse, ut divus Ambrosius (Hexameron. cap. 10) dixerit, Deum peccata remittendo recreari. Fecit, inquit, coelum, non lego quod requieverit; fecit terram, non lego quod requieverit: sed lego quod fecerit hominem, et tunc requieverit, quia habebat, cui peccata dimitteret*



Eapropter existimo misericordiam Dei gloriam ab Apostolo appellatam (ad Ro. 3): *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei, id est misericordia divina. Hinc clara sunt verba, quibus utitur Ecclesia in Gloria in excelsis Deo, cum dicit: Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.* Non rependimus grates pro beatae vitae gloria, qua Deus fruatur, gratiae enim pro collatis beneficiis referuntur. Germanus igitur sensus est, Gratias agimus tibi pro maxima misericordia, quam nobis imperitris: haec enim Ecclesia a beato Paulo ed-cta gloriam Dei vocat. Hinc conicio, si peccata dimittere Dei deliciae sunt, certe peccator lapidei cordis duritie divinae miserationi resistens, laetari, ac recreari Deum, quantum est ex se, prohibet; et ideo ait: *Poenitet me fecisse hominem.* Haec Chrysostomi verba ortum habuerunt, cum dixit: *Benignus est Deus, et quoadmodum parturientis cupit, eniti filium, ita et ille cupit effundere suam misericordiam.* Parturientis gaudium magnum est duplici ex capite. Primo, quia adeo laetatur mater edito in lucem puero, ut praeritiae angustiae penitus obliviscatur (Joan. 16): *Item non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Apta est in hunc modum similitudo haec: compertum est enim Christum Dominum acutissimis doloribus in crucis lecto non homines portuisse; post partum vero, videns tantum filiorum copiam in lucem editam, ita gavisus est, ut interrogandus discipulis, num quae in Calvariae monte gesta fuerant, nosset, tanquam immemor respondit: *Quae? Manifestum equidem est eum omnia novisse, siquidem ipse ea pertulerat; verum non meminit pressurae propter gaudium.* Secundum, quod ante partum editum desideria matris angat, illud sane est, ut se iam a doloribus solutam, ac expeditam videat: sunt enim illi ita acerbi, ut saepe animam exhalare compellant. Talis ergo est divinae pietatis, nostrae utilitatis anxiae desiderium, at eius misericordia quasi proegans: innumericque graviora bonis quae nobis conferre satagit, partus dilationem sentiens, peccatore illum impediente, miram in modum torqueri videatur; et ideo clamat (Genes. 6): *Poenitet me fecisse hominem.*

Propheta etiam regius David venusta quadam sensu est figurata locutione ad magnitudinem divinae misericordiae declarandam (Psal. 102): *Secundum altitudinem caeli a terra corrobavit misericordiam suam super finitnes se;* quasi diceret, illud nobis divina misericordia praestat, quod caelum terrae. Sanctus Augustinus (in Psal. 102) metaphoricum haec loquendi modum solita ingenii subtilitate prosequitur: *Attende, inquit, primo caelum ubique, aequae undique proleget terram, et nulla pars terrae est, quae non caelo prolegetur. Haec sicut caelum terrae umbraculum est, nec regio ultra est, etsi remotissima, quam caelestes influxus non fovent; sic divina misericordia peccatorum protectio est, nec ullum reperies, vel miserum, qui paternam eius beneficentiam non experiat.* Unde David cecinit (Psal. 32): *Misericordia Domini plena est terra.* Iustitia non ubique patet; at Dei misericordia nullibi non adest.

Unde ulterius mihi visus est progressus regius Vates in sua sententia, quam Philosophus in ea, quam protulit, cum dixit nihil dari vacuum in natura: quibus autem determinate rerum spatia, seu concavitates plenae essent, prorsus illum latebat: multa enim igne, aut aere, alia liquoribus, et inter se se pugnantibus plena sunt corporibus. At David coelestis philosophus ultra progrediens, determinate designat, quod sit, quod universos orbis sinus implet; *Misericordia, inquit, Domini plena est terra.* Sicut autem terram, eadem ratione, coelum, et inferos veraciter dicere potuisset. In coelo enim misericordiam angelis praestitit, gratiam, qua perseverarent, liberaliter impertiens; inferorum etiam iuculas misericordiae suae participes efficit: nam, ut communis theologorum sententia fert, cum Deus reprobus citra condignum puniat, quantum poenae eis admittit, tantumdem veniae misericorditer eis impendit. Et sic coelum multis laboribus animis nec senio conficitur, aut inveterascat, alterationibus non subiacet, nec, ut Philosophus loquitur, peregrinas patitur impressiones, sed solidum et invincibile perseverans, nullo laeditur hoste, qui a proprio loco illud dimovere valeat; sic divinae misericordiae tutamen aedem firmum stabileque est, ut nunquam iacturam aliquam patitur, qua quidquam roboris eius imminui possit. Hinc s. Augustinus ait: *Sicut terra versus caelum imparis vapores emittit, quibus nubes formantur, quae coelestem lucem praepellunt, nec tamen propterea caelum influxus conficit suos, quibus haec inferiora foventur; sic divinae misericordiae coelum non cessat in peccatorum corda misericorditer influere, quantumcumque illud offendant. Peccant, inquit id, Augustinus, homines sub caelo; et tamen protegentur a caelo: subditque: *Inde lux ad oculos, inde spiritus;* ac si diceret: adeo se nobis proficuum exhibet coelum, ut inde lux ad videndum, inde aer ad respirandum, et aura, qua reficimur. Haec omnia bona divina praestant misericordia. Ipsa lucem praebet: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Per ipsam respirat anima (Psal. 119): *Os meum aperuit, et atraxi spiritum.* Per ipsam concupiscentiae ignis extinguitur, ne nos consumat (Thren. 3): *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* Subiungit Augustinus: *Tolle auxilium caeli a terra, et statim deficiet:* nam sicut si caelum varios suos cohoberet influxus, et a consuetio motu desisteret, universa mundi harmonia dissolveretur, et totus machinae istius ordo perturbaretur, unde dixit Aristoteles (de coelo et meteo. 1): *Cessante motu caeli, cessabunt omnia inferiora:* et alibi: *Oportet mundum hunc inferiorem contiguum esse latiori superioribus, ut inde tota mundi machina gubernetur:* ita sane, si per momentum etiam temporis divina misericordia utiles suos ac per-necessarios contineret influxus, et iusti deficerent, et sordidi peccatores sordiores fierent. Tandem caelum, sicut munificentissimus erga terram existit, nec credit ab ea par pari sibi fore rependendum; sic Deus absque ulla retributionis spe innumera in nos confert beneficia. Quod si nos gratitudinis gratia varia ei*

impendimus obsequia, inde nullum lucrum, aut commodum sibi parit. Iure igitur optimo David dixit, ita Deum nobiscum se gerere ac coelum cum terra (Psal. 102): *Secundum altitudinem caeli a terra, corrobavit misericordiam suam super finitnes se.*

His valde notanda duo alia addo, quae sacrae Scripturae interpretes ad divinam misericordiam explicandam protulerunt. Primam est, sacram Scripturam hoc nomine, *Magnam*, frequenter divinam misericordiam cohonestare: *Quam magna misericordia Domini,* dixit Ecclesiasticus (c. 17): *David (Psal. 101): Magna est super coelos misericordia tua:* dicit Petrus (1. Petri 4): *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos;* at cum de iustitia sermo est, epithetum hoc, *Magnam*, penitus reficitur. *Confitebor Domino secundum iustitiam eius (Ps. 7): Iudicabit populum in iustitia (Ps. 8): Iudicabit orbem terrae in iustitia (Ps. 97).* Verum ex hoc nequaquam nobis ad probandum in peccata ansam sumere licet, sed divinae potius misericordiae spe animos erigentes, divinam etiam iustitiam formidemos. Nam quemadmodum de arietate narrant naturales, quod dimidio anni curriculo super latum dextrum, dimidio super sinistram requiescit: sic super utrumque latus, seipse seilicet, et timoris requiescere debemus, iuxta illud, quod Dominus praecipit Ezechiel prophetae (c. 4): *Et tu dormies super latus tuum sinistram.* Secundum, quod divinae Scripturae interpretes animadvertunt, illud est, cum de iustitia operibus sermo adest, pondere, mensuraque perpendi; cum vero de misericordia, nullam fieri de pondere mentionem. Salomon de die iudicii loquens: *Erut, inquit (Prover. 16), pondus, et statera iudicium Domini;* et Isaias (c. 23): *Ponam in pondere iudicium, et iustitiam in mensura.* David dixit: *Gemitus et lacrymas Deum pondere explorare (Psal. 99): Potum dabis nobis in lacrymis in mensura.* Hieremias etiam dixit, *Deum dimensionum insumpsisse funiculum, dum vellet Hierusalem evertere (Thren. 1): Cogitavit Dominus dissipare murum filiae Sion, et tendit funiculum suum.* Utuntur artifices funiculi instrumento ad erigendum, non ad evertendum aedificium. Verum ut sciamus, quam perexigua mensura puniat Deus, ideo in evertione etiam civitatum funiculo uti ait Propheta: *Tendit funiculum suum;* ac cum de misericordia divina Scriptura loquitur, omnem mensuram et pondus silentio praetermittit (Isaias 40): *Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vult omnes homines salvos fieri.* Quod si Christus Dominus nomine mensurae est usus, id sane fuit, ut sine mensura ostenderet esse divinam miserationem: *Mensuram, inquit, bonam, et confertam, et coagitatam, et superfluentem dabit in sinu vestro;* ac si claris diceret: dabitur vobis mensura absque mensura, optima et conferta, omne animi desiderium explens (Ps. 202): *Qui replet in bonis desiderium tuum;* adeoque superabundans, ut undequaque effluat. Hoc idem verba illa Davidica ostendunt (Psal. 74): *Calix in manu Domini vini meri plenus misto, et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen facie eius*

non est exinanita. Propinat Deus amarum calicem, sed non totum, ne facies bibantur, quod divinam in puniendo circumspicionem laud obscure manifestat. At in miscrendo ita munificentissimum se praebet, ut loquens Apostolus (ad Th. 3) de Spiritu sancto omnium donorum maximo, effundendi utitur voce: *Diffusa est gratia in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Tandem ad praedicta omnia confirmanda explanemus, si placet, verba illa Genesios (c. 3): *Cum audisset vocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, et uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi, vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es? etc. Felicitate Dominus Adae, et uxori eius tunicas pelliceas, etc. Ipsa contemnit caput tuum.* Verba haec adeo foecunda sunt, totque ac tamis mysteris scatent, ut nos in eorum expositione, ut singula enumeremus, aliquantum immorari, non tamen absque ingenti utilitate, compellant. *Cum audisset vocem Domini.* Sanctus Augustinus (lib. 111. in Genes. c. 34), alique Patres, quos supra retulimus, inquit, apparuisse Deum in humana forma, non vera, sed apparenti, ut vocis, arbitrator, suavitate humanitatem praesereret. *Audivit vocem Domini.* Videbatur vox illa gemilus, quod ostendebat tantam esse eius miserationem, ut doleret se illum punisse, ut adnotavit Origenes (hom. 23. super Num.): *Domini, inquit, sunt istae voces, hominum genus ingentis.* Nec me laet, hoc loco quosdam interpretes existimasse, vocem illam Domini formidabilem fecisse strepitum, qualis bellis tormentis, principe civitatem ingrediente, fieri consuevit; mihi tamen verosimilium appareret, voce illa, Adam fuisse vocatum: neque obstat quod subdat: *Adam ubi es?* sicut enim herus famulum semel aequo iterum vocat, cum vel sardus non audit, vel respondere piget; sic Deus cum primo vocasset Adam, et respondere renuisset, iterum vocavit: *Adam ubi es?* Haec Dei vocatio proculdubio divinae misericordiae apertissimum iudicium fuit: non enim vocabat ut nosceret, ubinam latitaret, sed ut vocibus ad poenitentiam alliceret, eique respiciens adstaret. Noverat optime David hoc Dei ingenium, cum dixit (Psal. 59): *Deditis metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus.* Venator, ut certior ac securior sit de praedae capienda, non clamat, sed cum aves in arboribus coincidentes prospicit, tacitus sagittas iaculat; verum Deus alio venandi more utitur: semel et iterum clamat, quia praedam interimere non vult, ipso dicente (Ezec. 18): *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, et vivat;* et ideo vociferans minatur, et oculis tela obicit, ut saae consulentes saluti fugam arripiant: *Ut fugiant a facie arcus.* Hoc idem beatus Ioannes testatur: refert enim, cum Deus hominum illatas sibi iniurias ulcisci vellet, velocissimum instar aquilae misisse nunciium, ut de instanti sibi poena ammoneret, ac Dei praeventens indignationem, manantia sibi supplicia fugerent. *Audiet vocem unius aquilae dicentis voce magna: Vae, vae, vae habitantibus in terra.* Idem plane suadet verba







nosceret: respondet id fecisse Deum; ut peccase se poenitens Adam, veniae suavitatem; ac divinae miserationis dulcedinem experiret: verba Chrysostomi sunt: *Ut cum seipsum redarguit ille, discat Domini suavitatem*. Porro illud etiam Dei pietatem exaltat, quod non voce submissa, sed elata vocavit Adam. Solent satellites, cum aliquem comprehendere tentant, silenter et simulate domum eius adire, ut imparatum invadentes, nullum ei fugae tempus permittant; at divina iustitia, quia misericors est, alio procedit more in Adami captura: voces emittit, quibus ab ira Dei cavere admonet. Unde Chrysostomus praecitato loco Deum clamasse existimat, non ut perterrefaceret, sed ut vires, animumque suppeditaret ad comparandum ante tribunal Dei: *Comparare*, inquit, *non audentem, et mortuum ad verba hortatur*. Verum, ut clarus innoscat, quanta Deus cum primo parente usus fuerit misericordia, advertamus quaeso, Deum, nudum vestiendi non oblitum, quod inter opera misericordiae connumerat, tunicas pelliceas ad nuditatem tegendam illi exhibuisse, ut sacer Textus (*Gen. 3*) observat: *Pectique Dominus Adae, et uxori eius tunicas pelliceas*. Hic Deum venatori similem templor, qui dum accipitrem amisit, sibilo eum insectatur, valles, montesque perlastrat, donec ille ad manus insiliat: quem cum iam tenuerit, non plectit, sed alas componit, plumasque aequat, ut blanditis allectus, in posterum fugam non arripit. Fugerat quidem Adam, clamant semel atque iterum Deus, *Adam ubi es?* cum tamen invenit, non punit, sed blanditur, nudumque cooperit: immo si Chabalisticae cuidam traditioni credimus, Raphaelem angelum ad eum misit, ut illum consolaretur, et mysterium Incarnationis revelaret, quo eius peccatum, quod mundum in fecerat universum, delendum erat.

Quid tamen de hoc fit? Deus ipse illum consolatus est, dum serpentis, qui ad pomi esum instigaverat, acerrimum ultorem futurum esse pollicetur, dicens (*ibid.*): *Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et inter semen tuum, et semen illius: ipsa contacet caput tuum, iuxta commendatorem cordes*. Quibus verbis sacri huius loci non pauci interpretes Deum mirabile Incarnationis arcanum primo parenti revelasse autumant, in cuius exequutionem universos suae misericordiae thesaurus largissime profudit: nam tametsi verum sit, ipsum omnibus sacentis pietatis suae infinita signa portendisse, in Incarnationis tamen opere, et clarior, et evidentialius divinam misericordiam demonstravit. Unde b. Bernardus (*ser. 3. de Nativ.*): *Apparuit*, inquit, *benignitas, quia non potuit amplius delectari, nec abundantius exprimi, nec evidentialius commendari*. Et ideo Zacharias opus Incarnationis vocat per antonomasiam misericordiam (*Luc. 1*): *Per visera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto*. Unde David (*Psal. 30*) cum clamat: *Miserere mihi Deus secundum magnam misericordiam tuam, praestantissimum Incarnationis mysterium intelligit, ut advertit Genebrardus (sup. Psal. 56)*, et confirmat idem titulus Psalmi quatuor, quem inscribit, *David Victori crucentato*: nam ubi no-

stra vulgata legitur, ipsi David Psalmus in finem, Felix verit, *ubique vincit*; et glossa Marginalis: *Danti aeternitatem; sive pro sanguinolento*. Polesque haec expositio verbis Ecclesiastici dicentis (*cap. 2*), *Secundum magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso*, non parum illustrari. Loquebatur hoc loco Sapiens de misericordia, quam Deus in susceptione naturae humanae nobis manifestavit, ut aperte verba illa indicant, *Cum ipso*: si enim de attributo misericordiae, quod in ipso Deo est, loqueretur, sufficeret dicere: *Secundum magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius*; verum addidit, non absque singulari mysterio, *cum ipso*, quia Incarnationis misericordia cum Deo iuncta, ac strictissimo vinculo colligata est, et haec est, quam dicit esse secundum mensuram divinae magnitudinis. Non solum in hominibus contemplari licet, misericordiam saepe non aequari eorum potentiae, etenim principes novimus non paucos, potentas magnas erogare elemosynas, quas tamen nequaquam erogant; sed et in Deo ipso idem conspicimus, qui tametsi quaedam misericordiae indicia quondam antiquis Patribus praestitisset; nunquam eius magnitudinem aequarunt. Nunc vero postquam *Verbum caro factum est*, quia hoc est supremum misericordiae opus, merito ad id respiciens Ecclesiasticus: *Secundum magnitudinem, ait, eius, sic et misericordia illius*. Duae igitur lancee in Deo esse perpendere est, quibus omnia eius opera ponderantur, misericordiam unam, alteram iustitiam. Hoc tamen interest discernere, quod ante Incarnationem Verbi iustitiae laux tantum gravior, ferebatur deorsum; misericordiae autem usque ad coelum pertingebat, ut ait David (*Psal. 35*): *Domine in caelo misericordia tua: illic enim angelis misericordiam exercuit, perseverantiae illis donum tribuens: verum post Verbi Incarnationem aliter se res habet: etenim haec misericordia deorsum delata tanto iustitiae lance fuit gravior, ut terram teligerit, et iustitia ad coelum confugerit, ubi nunc delectat, ut significavit David (*Psal. 84*): *Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo propevit*. Illic continet Deus iram suam, ut dixit Psalmista: nam ubi vulgata editio habet, *Mitigasti omnem iram tuam, divus Hieronymus interpretatur, Continuisti Domine iram tuam*; ac si diceret, septis vallasti in caelo iram tuam, ne in peccatores invadens, gravissimis supplicis obruerentur. Astrologi docent solem, cum in Leonis signo comoratur, radiorum ardore terram comburere; verum cum in signo Virginis existit, ardoris vim temperari. Hoc in Deo expertus est mundus: ante Incarnationem enim in Leonis signo videbatur esse: etenim igne, bello, fame terram vexabat, et veluti geminata manu plectebat, ut in Pharaonis flagello apparuit: tot enim cum percussit plagis, quot in manibus digitos gestabat, quibus filios Israel flagellaverat; verum cum in Virginis signum ingressus fuit, cuius meminit Iohannes (*Apoc. 12*): *Signum magnum apparuit in caelo, iram cohibuit, misericordiam apparere fecit, dicente Apostolo (ad Titu. 3)*: *Apparuit benignitas, et humanitas Salvatoris nostri*. At-*

que hinc patet, cur sanctus Iohannes, cum prius Christum Leonem compellasset (*Apoc. 5*): *Vicisti leo de tribu Iuda*, postmodum agnum vocavit (*ib. 23*): *Agnus, qui occisus est ab origine mundi*. Quid quae communit, aut simile habet leo cum agno? leo rugit, agnus balat; leo delerat, agnus blanditur; leo crudelis, agnus mansuetus. Potuisset quidem huic difficultati responderi, capropter Leonem vocasse, ut fortitudinem ostenderet, qua nos ab hostibus tutatur, ut ait Isaias (*cap. 31*): *Quomodo si rugiat leo super praedam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, a voce eorum non formidabit, sic descendet Dominus, ut praetietur*. Quibus consonant verba Domini (*Ioann. 10*): *Non rapiet eos quisquam de manu mea*. Sicut enim nemo audeat praedam a Leonis unguibus rapere; ita oves Christi manibus divellere audebit nemo. Sed congruentius nullo responderi posse arbitror, si Romani eiusdem sepeliri epitaphium proferamus, in quo leo quidam incensus apparebat, qui brachis agnum tanquam proterium filium complectebatur, quo significare volebant, defunctum, quamvis ad instar immanis Leonis in juvenilem rugisset, tamen in senectute mansuetissimum iam effectum occubuisse. Cum igitur divus Iohannes Christum Dominum prius Leonem, deinde agnum appellat, id plane significat, ante Incarnationem tanquam Leonem rugisse, et in peccatores acriter saevisse: *Leo rugit*, ait Propheta, *et quis non timebit?* Postquam autem homo factus est, ita agni mansuetudinem induit, ut tanquam agnus coram tendente se obmutterit, ut praedixerat Isaias. Moyses propter singularem cum Deo familiaritatem meruit hoc in spiritu videre, cum peteret a Domino, ut summi sibi vultum dederet: *Ostende*, inquit (*Exod. 33*), *mihi faciem tuam*. Deus terga solum ostendit (*ibid.*): *Posteriora mea videbis*: quae cum Moyses vidisset, exclamavit: *Deus misericors, clemens, patiens, et multae miserationis, et ut doctissimi Hebraeorum referunt, praedicta verba super dorsum conscripta aspexit, quod laudandum fuit, ac si in Christi carne illa exarata vidisset, cum carnem Christi dorsum appellet Propheta, dicens (*Psal. 128*): *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*. Illud etiam animadvertendum dignum est, quod verba illa, *Misericors, clemens, patiens, et multae miserationis*, quae in dorso Christi vidit Moyses conscripserit, eadem nos non solum in dorso, sed etiam in oculis lectitare possumus: illos enim elevans, *Miserere*, dixit (*Matth. 15*), *super turbam*. In lingua similiter, cum dixit adulterae (*Ioan. 8*): *Mulier nemo te condemnavit? neque ego te condemnabo*. In saliva, cum lutum fecit ex illa, quo caeco nato visum restituit (*Marc. 8*): *Expuit in terram, et linxit oculos eius*. In manibus, quas super infirmos imponendo, curabat (*Luc. 4*): *Singulis manus imponens curabat illos*. In pedibus, ut testatur felix illa sors Magdalенаe, quae secus pedes Domini stans, et illos deosculans, audivit (*Luc. 8*): *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*. Quid plura? Per vestes etiam effluxisse misericordiam, cum solo fimbriae lacta a fluxu sanguinis mulier curata fuerit, divus Lucas com-*

memorat. Igitur Dei misericordia post Incarnationem copiosius abundat, adeo ut quasi eum continere non possit, per oculos prodeat, per linguam, manus, et pedes, immo per hiantes poros, ut in sanguine sudore contingit, effundatur. Antequam tamen divinae misericordiae magnitudinem, quae in excolto Incarnationis mysterio praefulget, intimius penetremus, praenovisse oportebit, quod si Dei misericordiam rigorose sumamus, ad illam tria praecipue spectare reperimus. Primum est alienae miseriae tristitia, et compassio: unde perit quidam linguae Latinae componi opinatur misericordiam ex miseria, et corde, quasi ex corde miseretur. Secundum est efflex desiderium miseriae sublevandae. Tertium actualis ipsa sublevatio. Duo haec postrema ante susceptionem humanitatis plane reperiebantur in Deo, minime tamen primum, cum tristitia in ipsum nullo modo cadere posset: tanta atque, ac tam mirabilis fuit Dei misericordia, ut inter alias rationes, eapropter incarnari voluerit; tum ut humanum cor habens, contristari, et nostris miseriis compati posset, unde Apostolus dixit (*ad Heb. 4*): *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris*: tum ut nulla ex tribus conditionibus ad perfectionem misericordiae requisitis ei deesset: unde, et animo, et re misericordiam semper imperitum est nobis, nec ullam misericordiae opus exogilabis, si non bene perpendas, quod ipse non exercerit. Visitavit infirmos, Zacharia dicitur (*Luc. 1*): *Visitavit nos oriens ex alto*. Potum silentibus dedit (*Ecl. 45*): *Agnus sapientiae salutaris pavit nos*. Esurientes propria carne pavit (*Psal. 80*): *Cibavit nos ex adipe frumenti*. Redemit captivos (*Galat. 3*): *Ut eos, qui sub lege erant, redimeret*. Induit nudos (*Ezech. 16*): *Eras nudus, et extendi manum meam super te*. Excepit refoctique nos viatores, et peregrinos (*Matth. 11*): *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos*. Tandem, quamvis mortuos non sepelierit, illos tamen ad vitam corporis revocavit, et peccatores in pristinum gratiam restituit, quod praestantissimum misericordiae opus est. Quia tamen haec omnia prae amoris magnitudine parum sibi videbantur, addidit etiam illud, quod Vicarius, et vice Deo, et, ut aiunt, Legatus a latere, plena potestate peccata condonandi in terra constituit, quibus tradidit claves, et ordinariam potestatem ad aperiendum regna caelorum. Has autem claves solus Deus in lege veteri secum gestabat; et ideo Admirati sunt Iudaei, quod Christus peccata dimitteret: *Quis est hic, aiebant (*Luc. 7*), qui peccata dimittit?* Verum in lege gratiae ubique claves ad aperiendum regnum caelorum reperitur: tot eam sunt claves, quot in Ecclesia catholica sacramentalis confessionis ministri adsunt. Haec sicut tempore belli dominus civitatis claves eius sibi servandas reservat, nec patitur alium quam ipsum fores aperire, tempore vero pacis facile aliis committit; sic ante Verbi divini Incarnationem coelum terrae infestus inimicus videbatur, solusque Deus misericordiae claves apud se retinebat, et nemini tradebat:



al postquam Verbum caro factum est, sacerdos omnes misericordias claves possident, dicente Christo Domino (Ioan. 20): *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

Tandem silentio minime praeribito, quod ad explicandam misericordiam divinam, in opere Incarnationis mirifice splendens, praedicta omnia longe superat quod Isaias in persona Dei loquens ait (cap. 6): *Quem mittam, et quis ibit nobis?* Singularis valde, et inauditus loquendi modus. Si dixisset: Quis ex nobis mundum adibit, germana fuisset loquendi forma; sed dicens: *Quis ibit nobis?* arcanum aliqnod sub his verbis latere necesse est. Ego illud arbitrator abscondi, quod voluit Deus magnitudinem suae misericordiae palam nobis innoscere. Cum enim creaturarum non indigeret, ut fateretur David (Psal. 135): *Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges*, cui consonat illud Lucretii de divina natura loquentis:

*Ipsa sui pollens opibus, nihil indiga nostri;*

et cum nihil nos emolumenti, aut utilitatis Deo adferre valeamus, ipso nos monente: *Dicite, quia servi inutilis sumus*; nihilo scilicet tamen divinae personae de nostra reparatione sollicitae, de ea, tanquam de re propria, et sibi utili valde agunt, dicentes: *Quis ibit nobis?* hoc est, quis ex nobis vestrae utilitati prospiciens, carnem suscepturus e caelo in terram descendet? Sicut enim amanissimus pater filiorum utilitatem propriam commodum reputat; sic sane Deus misericordiarum nostrae utilitatis tanto amore flagrat, ut quod nobis proficuum agnoscit, sibi utile videatur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA XIII.

*De magnitudine divinae iustitiae, quae in nullo divinum operum adeo effulget, quantum in incarnati Verbi mysterio: simul tamen aperitur triumphus misericordiae de iustitia.*

Quamvis pergramm sit Deo Optimo Maximo Patris misericordiarum nomine honestari; unde Apostolus (2. Cor. 1). *Patrem misericordiarum, et Deum totius consolationis* illum vocat; semper tamen placuit, iustum iudicem, ac severum vindicem haberi. Noverat id recte regius Vates, cum Deum ultorem appellat, dicens (Psal. 73): *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere agit.* Quae autem fuerint ultiones istae, licet David non commemoret, nos acie perscrutemur. Et ut ab angelis dum caecos exordium, id plane divinae iustitiae acerbiter ostendat, quod ob unicum inordinatam cogitationis culpam, tot angelorum millia incredibili decore, a coelestibus sedibus deturbavit, aeternisque addixerit supplicis: nec dissimile est, quod ob unius poni esum; non

solum primus parens omnibus iustitiae originalis delictibus expoliatus fuerit; sed et ipse, et omnes eius posterique et paradiso perpetuo exules, aeternam damnationem subeundi reatum contraxerint. Revochemus etiam in memoriam poenam, quam fratricidae Cain intulit, ut Abel fratris mortem ulcisceretur. Capiti, tollique corpori tremorem adeo continuum inensit, ut a trepidationis motu nunquam vacaret: hoc enim notamine signavit eum Dominus, ut advertit Abulensis (in c. 4. Gen.): et subdit sacer Textus: *Qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Videamus cur Deus custodem vitae Cain se praebet, et interfectori eius poenam adeo acerbam minatur, cum potius creaturis, tanquam iniuriarum Creatori illatarum vindictibus potestatem concedere debuisset videretur, ut ob tam enorme crimen illum impune occidere possent; mysterio id non vacat. Cuius enim Deus ultoris nomen sibi comparare, et tanquam Deus ultionum ab omnibus timeri, voluit Cain, tanquam suae iustitiae praecoenon constituit: continuus enim membrorum tremor, ac indeficiens capitis trepidatio divinam iustitiam, poenae illius illatricem proclamabant. Et hinc est, quod eidem Cain iussit per varias mundi plagas vagari, nec passus est eum alienibi immorari: cum enim suae iustitiae divulgatorem illum constituisset, voluit non solum supersedit esse, sed ubique circumagi, et ubique divinae iustitiae rigor omnibus innosceret. Verum post mortem Cain, quibus supplicis Deus hominum peccata ultio fuerit, percurramus, si placeat. Consulto omitto, quae profanae commemorant historiae, quibus forte quispiam fidem non adhibebit persequar tantum, quae sacra enarrant eloquia, quibus fidem nemo catholicus non dabit. Temporibus Noe tam undoso aequarum diluvio terram universam undique replevit Deus, ut nemo praeter eum animas, ut ait d. Petrus, mortem effugerit; Sodomam, et Gomorrhiam civitates, illarumque incolas ignis; et sulphur de caelo immixtus absorbit; Pharaonem, eiusque equitatum, eo quod dilectum Dei populum liberale donare renuerat, in rubrum mare demersit, et priusquam hanc et infligeret poenam, pluribus plagis in Aegyptios animadverterat, quae, ut referunt Hebraei, per decem menses perduravit. Coeperant enim Aegyptii mense Junio plagis affici, et mense Maio finis illis impositus est, ita ut singulis mensibus singulae respondeant suppliciorum plagae, ea certe ratione, ut qui per decem menses, ut iidem testantur Hebraei, Aegyptiarum primogenitos interemerant, totidem mensibus tanti, ac tam enormis exitii condignas poenas luerent. Amalechitas, quia transitam per desertum Israelitis impedimentum ire contendeant, Saulis exercitus in eos acerrime invadens, profligavit. Et quia Saul contra praecipulum Domini peperit Achab, vad defunctus regno suo privatus tandem miserime interit. Cum vitulum ausu sacrilego venerat sicut Israelitae, omnes proculdubio Deis interemisset, nisi Moysis precibus placatus fuisset, quamvis multa etiam illorum millia occiderit. Filii Aaron cum igne non sacro thus addeverissent, voraci igne caelitus delapso in cinerem reda-

cli sunt. Blasphemavit quidam, consilioque cum Deo inito, divina iussione lapidibus obrutus est: similique supplicii genere affectus interit Hebraeus, qui sabbato ligna caedebat. Verba in Moysen fratrem suum Maria iactat, et continuo lepra intulit. Quam nulli Israelitae de Aegypto egressi sunt? et ob scelera quadraginta annorum spatio patrata solos Caleb, et Iosue optatum promissionis terram ingressos legimus. Chore, Dathan, et Abiron Deo rebelles, terra ipsa eos devorante, absorpti sunt. Moyses dubitans, et vacillans, num de Petra virga percussa, aqua educi posset, prout Deus ipsi promiserat, elicto fonte, promissam terram fluentem lacte, et melle ingredi prohibitus est. Rappit Achan pallium cocineum, et continuo Deo mandante capite plexus est. Nonnulli ex tribu Benjamin Levitae libidinosae aliena uxore utentes interfecti sunt. Heli filiorum criminibus conveniens, et claudens oculos, una cum filiis necatus est: cum enim filios in bello occubuisse audiret, de sede corruens interit. Iustam mortem quibusdam Gabonitis intulit Saul, iniustitiam tamen hanc ulciscitur Deus, mortuorum iam Saule, crudeli fame torquetur universum eius regnum; nec placatur Deus, donec David quosdam ex illius semine morti tradidit. Tangit Oza arcam Dei, et vel quia non debito adhibito cultu id facit, et vel quia non debito hominum humeris arcam vellebant superpositi, eam proptis gestare debuisse, ut tradit Glossa Interlinearis, repentina nece occubuit. Duo pueri Eliseum prophetae interitibus, duobus uris in illo divina ordinatione irruentibus discerpi sunt. Servus eiusdem prophetae suscipiens invito domino munera quaedam a duce Syriae, lepra a Deo punitur, Ierobosam manam extendens, ut Prophetam comprehenderet, idolorum cultum arguentem, exsiccato brachio, ad sacrilegam aram condidit. Peccat David, et inter cetera peccatum genera grassante peste, quinquecenta hominum millia deleta sunt. Osius summi sacerdotis munere usurpato, cum incensum adoleret, tam horrida plexus est lepra, ut proprii civis cum summo odio prosequentes regio privaverat, immo et Deus ipse iratus contra illos, quod simul etiam eundem non longe a regno exturbasset, per quadraginta annos, id attestantibus Hieronymo (ep. ad Damasc.) et Origene (hom. 6. in Isaiam), prophetam ultum ad eos non misit. Ostentans superbe Ezechias rex opes suas legatis regis Babylonici, omnibus illis obratur. Liberam, ac effroentatam, et timoris Dei expertem vitam ducens Israeliticus populus, a Nabuchodonosor invaditur, qui Hierusalem venit, templum destruxit, captivosque Israelitas Babyloniam duxit. Aggrediente Sennacherib potentis exercitum dilectum Dei populum expugnare angelus e caelo delapsus, una, et eadem nocte centum octuagintaquingue hominum millia interemit. Credebat Heliodorus se templum Dei depravari posse, sed id attentans, ab angelo, tanquam praeco, funibus vapulavit. Ob similem sancti templi sacrilegam expoliationem Antiochus, vermicibus illi a Deo immissis, viscera eius corrodentibus, rabida morte mulctus est.

Ananias, et Saphira mententes repente occubuerunt.

Quod si inani innoxia fiducia credat humana teneritas, patientis se Dei manus evasuram, sciat nullum esse tanta fortitudine, ad sagacitate praeditum, qui divinam ultionem effugere possit: unde id expertus David, dicebat (Psal. 77): *Occidit in grandine vineas eorum, et moras eorum in pruinis.* Mori, ut tradit Ponicus, nec flores, nec fructus emittunt, donec bruma transierit: haec enim ratione vocantur mori, a mora; verum antequam aestivi calores efferverent, tam cito flores fructusque proferant, ut arbores omnes reliquas antecedant. Cum igitur, inquit Propheta, non obstante praedicta celeritate, moros fuisse a Deo argenti pruinis excussos, denotat talem esse divinam vindictam, ut ab ea nemo possit effugere, etiamsi moris cautos, et prudentes sit. Tandem id attestante Ruperto in Noofritia, Britannica provincia, cum aridae iam essent messes, et ad melandam apae, Deum ad publicam quaedam peccata puniendo numerosum locustarum exercitum in illam misisse narrat, qui ita eas devastavit, atque consumpsit, ut ne granum quidem frumenti superesset: additque apprehendentibus messoribus nonnullas ex illis locustis, a parte interiori alarum haec verba scripta invenita fuisse, *Ira Dei*; ac si diceret, talis est ira Dei, quam cum humana noxa provocaverit, omnia consumat, ac penitus everit: idque sane non ingenti militum exercitu, aut bellis tormentis, sed solo sibilo locustas, nullae vocans facile praesat, ut dixit Isaias (c. 7): *Sibitibus Dominus menseae.* Id exipit Isaias, inquit, quos menseae mirum in modum afflixerunt: immo, quod mirabilissimum est, solis cogitationibus solet Deus animas torquere, ut in Balthasare accidit, de quo Daniel dixit (c. 5): *Cogitationes suae conturbabant eum, tantquam ab his cogitationibus quasi carnificibus tortorum passus est, ut gentia eius ad se invicem colliderentur, ut iisdem Danielis verbis utar. S. Iob cogitationes suas cordis aculeos nuncupavit: Cogitationes, inquit, meae dissipatae sunt, torquentes cor meum: Originale legit, Rupti sunt ancilli cordis mei; et, si credimus versioni Pagnini transferentis: Cogitationes meae erupitae sunt, aperte satis indicat, Deum solis cogitationibus torquere nos, ut experimento etiam compertum mentali orationi vacantes, cum meditates, in varia ac inutilia rapiantur, difficultere quandoque in bonam incidunt cogitationem.*

Verum, quod divinae iustitiae in puniendo expeditam facultatem magis exprimit, illud esse arbitror, quod solis somniis humana corda perterrefacere, ac dentibus dentis collidere faciat. Hoc experti sunt Iob, cum dicebat (c. 4): *In stratu meo terribis me per somnia;* et Pilati uxor, viro suo per internum cium dicens (Math. 27): *Nihil tibi, et iusto illi, multa enim passa sum per somnia.* Quid plura? solet Deus ad effroentatos hominum mores coercendos, veneficos ser penes immittere, ut testatur Hierem. (c. 8): *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, ubi d. Hieronymus transfert, serpentes pessimos: Septuaginta, serpentes mortiferos; serpentes inquam tales, ut adversus eos nullum pra-*